



Antiquae Lectionis Tomus ...

Bipartitus, In Qvo L. Vetera Monvmenta, Nvnqvam Visa, Pavcvlis Exceptis -
Quorum Catalogum versa pagina indicat

Canisius, Heinrich

Ingolstadii, 1604

21. Acta duplicata S. Albani Martyris.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-64177](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-64177)

Acta

S. ALBANI
MARTYRIS,
INCERTO AVCTORE,

Sed esse videtur auctor

SIGEARDVS

MONASTERIIS. ALBANI MONACHVS.

*Nunc primum ex membranis m. s. Monasterij Rebdorfensis prope
Eichstadium edita.*

ITEM ALIA

Acta

EIVSDEM

S. ALBANI
INCERTO AVCTORE,

*Nunc primum ex membranis m. s. Monasterij Windbergensis
in Bauaria edita.*

Mmm 2 Ad



Ad Lectorem.
MARTYROLOGIVM ROM.
XXI. IVNII.



Moguntia sancti Albani Martyris, qui ob Christi fidem post longos labores & dura certamina factus est digna corona vite. Hæc Martyrolog. ubi notat Baronius. De eodem hac die Beda agit pluribus, quem & secuti sunt nonnulli. Huius res gestas metricè scripsit. * Rupertus monasterii S. Albani, ve testatur Tritheim in chron. Hirsaug idem in Epistola ad Albertum Episcopum Moguntinum refert adrian scriptis mandata à * Sigeardo monacho eiusdem Monasterij. In tempore Martyrij huius magna inter scriptores varietas reperitur; siquidem Beda, & alij eum secuti, passim referunt temporibus Diocletiani, contra vero alij, ve Petr. in catal. lib. 10. cap. 97. & Galef. dum agunt de Theonesto eius Martyrij socio, die 30. Octobr. temporibus Damasi, ab Arianis necatum affirmant. Proferunt id ipsum Molan. in addit. ad Vsuard. edit. 2. hac die. Diversè ab his omnibus Sigebert. in chron. dum Albani & sociorum Martyrium refert contigisse anno Domini 425. Habemus in vet. cod. manuscript. vitam S. Albani, cuius est exordium: Erat olim in partibus Aquilonis etc. Sed quæ videatur apocrypha, nullam sibi verisimilem saltem vendicet auctoritatem. Hæc Baronius. Cum igitur de S. Albano tanta sit diuersitas, cumq; multi docti auidè desiderent Alia eius, nosque ea nacti simus, & quidem non vna tantum, sed duplicia, nolimus publico negare. Hoc tamen monemus. Videtur quædam in illis inesse in quibus auctoris fides vacillet quod de S. Vrso Augustæ Vindelicarum Martyrio aff. Ho dicitur, nobiliss.

* circa an. num 892.

* an. 1297.

HC. 1297
S. 12
27


mus Marcus Velferus lib. 8. Rerum Augustanarum anno 425. con-
 futat cum non de Augusta Vindellicorum. sed de Augusta Praetoria
 Salassorū intelligi debeat. Sed nos eo consilio publicamus, ut habeant
 docti, ubi industriam exercent, & verum à falso secernant. aliter e-
 nim nolo ego hic meam sententiam interponere. Quae hactenus lu-
 cem non viderunt, ea in lucem depromimus, ut eorum collatione tan-
 dem historica veritas de S. Albano pateat & illustretur. Quis sit au-
 ctor horum Actuum non constat. Sed si coniectura locus est, videtur
 esse Sigwardus monachus Monasterij S. Albani, qui anno 1297. Scri-
 psit Acta S. Albani, teste Trithemio. Haec coniectura probabilis sit
 ex capite penultimo & ultimo horū Actuum: praesertim cum ibi tam
 expresse meminerit Monasterij S. Albani praesertim firmant conie-
 cturam haec capitū 37. ultima verba bene perpensa: Vnde hodie-
 que fratribus ministratur dicta. Habet eadem Acta m. s. Mar-
 cus Velferus. Porro cum in m. s. membranā Vindbergensibus
 sint alia Acta breviora, eiusdem S. Albani,
 incerto auctore, volui & illa
 dare.



Mmmm 3 IN.

INCIPIVNT CAPL
TVLA IN PASSIONEM
S. ALBANI MARTY-

ris.

1.  *Q*UOD Dominus à mortuis resurgens, & in caelum ascendens, Apostolos ad prædicandum mittit.
2. *Q*UOD ex prædicatione Apostolorum crevit sancta ecclesia, usque ad Martyrium roborata.
3. *Q*UOD sanctus Albanus fidei & constantie merito inter martyres coronatus est.
4. *Q*UOD sub beato Theonesto sacris literis eruditus est.
5. *Q*UOMODO Deus Theonestum & Albanum sociavit, datus cor unum & animam unam.
6. *Q*UOD sanctus Albanus vitam magistrum imitatus in perfectione vite Domine placuit.
7. *Q*UOD sanctus Theonestus beatum Albanum ad sacerdotium promissa.
8. *Q*UOD temporibus Archadij & Honorij Arriana heresis ecclesiam impugnabat.
9. *Q*UOD his diebus per Catholicos sacerdotes Carthagine Concilium celebratum est, & Arriana heresis damnata.
10. *Q*UOD post hæc Honoricus Vandolorum Rex aliud congregavit concilium, & sanctos patres exiliis destinavit.
11. *Q*UOD eodem tempore S. Theonestus à sede depulsus est.
12. *Q*UOD Romanam sedem adire disposuit.
13. *Q*UOD quatuor discipulos comites elegit Albanum, & Ursam, Thabratham & Thabratham.
14. *Q*UOD sanctus Theonestus cum discipulis Romam venit, & sancto Papa Leoni causam suæ peregrinationis indicavit.
15. *Q*UOD aliquamdiu apud eum commoratus, ad prædicandum missus est.
16. *Q*UOD cum discipulis Romam egressus, Mediolanum ad S. Ambrosium venit & alter alteri enarrat, quod pro Christo pertuler.
17. *Q*UOD Ambrosius cum Theonisto Arrianos Mediolani denicit.

Quod

Quod Ambrosius Theodosio iuniori aduentum s. Theonesti indicauit.	18.
Quod s. Theonestus à Mediolano discedens Augustam venit, & contra Arrianos ibidem conflixit.	19.
Quod discipulus eius vsus ibidem martyrium passus est.	20.
Quod s. Theonestus inde discedens ad sanctum Sigismundum Regem Al- logobrum venit, & ad sanctum Paulinum Treuirensis ab eo directus est.	21.
Quod s. Paulinus beatum Theonestum fraternè recepit & benigne con- solatus est.	22.
Quod beatus Theonestus à Treueris discedens Mogontiam venit.	23.
Digressio ab historia, & descriptio quæ primo condiderit Mogontiam.	24.
Quomodo in persecutione Hunnorum Mogontia destructa est.	25.
Quomodo postea à Catholicis principibus mutato loco iuxta Renum fundata est.	26.
Quomodo primatum totius Gallia & Germania à Romana sede per s. Pontificium accepit.	27.
Quod s. Theonestus Mogontiam Arriana heresi profanata inuenit.	28.
Quod fidem Catholicam ibidem contra hereticos defendit.	29.
Quod beatus Albanus iussu magistræ contra Arrianos disputare cepit.	30.
Quod s. Albanus captus ab Arrianis tormentis affectus est.	31.
Quod Arriani s. Albanum post varia tormenta capitali sententiæ ad- dixerunt.	32.
Quod s. Albanus flexis genibus cernicem spiculatori præbuit, & sic martyrium compleuit.	33.
Quod s. Albanus abscissum caput in manibus tollens detulit ad eum locum, ubi modo quiescit, & quod exequias eius cælestis militia prosecuta est.	34.
Quod sepulchrum eius miraculis cepit celebrari.	35.
Quod Richolfus Archiepiscopus Ecclesiam sancto Albano fabricauit, & thesauris ac prædiis eam ditauit.	36.
Quod propter loci sanctitatem principes regni ibi se poposcerant sepe- legri.	37.
Laus Mogontia, & exhortatio ad celebrandum natalem martyris.	38.

Expliciunt capitula.

Passio


PASSIO SAN-
CTI ALBANI MAR-
TYRIS.

1.
Psal. 17. 10.

Rostquam aeterni Patris vnigenitus. & verbum Dei adro-
parationem nostram inclinavit caelos, & descendit, & in
psium nostrae redemptionis sacrificium offerens in ligno
pendit, morteque sua destructo eo, qui habebat mortis
imperium, resurgens, ad consessum paternae maiestatis
gloria & honore coronatus ascendit, primitiae electionis, beati Apo-
stoli baptizati spiritu sancto, & igni, mundum idololatriae spinis horren-
dum, vomere praedicationis aggressi sunt, ac diuini verbi semen super
rationalem terram vsquequaque sparserunt. Ex qua felicissima facies,
foecundante spiritu sancto, fidelium seges animarum emerit, & diu-
na propagante gratia mundi terminos exuberanter implevit.

2.
Ephel. 4. 5.
Psal. 44. 10.

Hac est gloriosa virgo mater ecclesia, quam ex omni gente & na-
tione in vnitatem religionis colligit vnus Dominus, vna fides, vnum ba-
ptisma. Hac in vestitu deaurato assistens à dextris Regis fulget circum-
data varietate decoris. Rutilat enim rosis martyrij purpurata, virgini-
tatis liliis candidata, splendidissimo viuorum lapidum stemmate corona-
ta. Hac est illa quae ascendit, sicut aurora confurgens, pulchra vt luna,
electa vt sol, terribilis vt castrorum acies ordinata. Denique ex his ca-
stris, euangelicae praedicationis, clangente tuba, processerunt signiferi
Christianae militiae, victoriosi martyres, qui laudabili constantia, & di-
patientia, remunerabili perseverantia vsque ad sanguinem resisterunt
aduersus diabolum, eiusque antichristos repugnantes. Quorum fortitudo
quia in finem vsque agonizans perstitit, coronam victoriae cum gloria
promeruit. Non enim coronabitur, nisi qui legitime certauerit.

3.
M. S. cri.
amphalis
Rbis. 1. 21.

Inter hos constans Christi Athleta & martyr ALBANVS, fidei
fortitudine armatus, martyrij triumphali palma est glorificatus. Huius
itaque viuere Christus erat, & mori lucrum. Quia mens in omnibus
Deo dicata quidquid in consummandae virtutis exercitio pariebat,
non erat ei poena, sed gloria. Hic

Hic deniq; primo currentis ætatis tyrocinio, sub beato THEO-
 nesto sacris literis eruditus, discussa mundi nube, in lucem scientiæ
 spiritualis emerfit; & tanto fouente viro, in nido fidei plumescens,
 geminas charitatis alas, quibus in dilectione Dei & proximi cœ-
 lum peteret, enutriuit. Siquidem ipse beatus præfuit THEONESTVS ^{Theona-}
 apud PHILIPPOS MACEDONIÆ vrbe in Cathedra Pontifica- ^{stus apud}
 præsidebat; in qua Patribus ab Apostolo PAVLO ordinatis, fidei ^{Philippos}
 veritate, & morum grauitate successerat. Qui cum fecundissimam ^{Episcopum.}
 spiritualium filiorum sobolem Christo Domino educaret, & in cu-
 nabulis fidei lacte simplicitatis vsque ad solidum cibum vitæ perfe-
 ctioris enutiret, memorabilis ALBANVS inter scolares huius disci-
 plinæ alas, virtutum profectibus eminebat; & ea quæ retro sunt, obli-
 uiscens, ad ea verò quæ ante sunt, seipsum extendens, ad brauium su- ^{Philip. 3.}
 pernz uocationis deuota mente currebat.

Verè mirabilis Deus in sanctis suis, qui electos suos THEONE- ^{5.}
 STVM & ALBANVM sociauit in vnitatem fidei & charitatis. & quibus ^{Psal. 67. 36.}
 mentis oculos diuinæ lucis splendor illuminarat, eos arctam viam
 mandatorum Dei dilatato corde currentes ad vitam, quæ Christus
 est, eadem fides, spesque ducebat. Erat enim illis cor vnum, & anima
 vna, par in fide veritas, & in opere sinceritas; eadem in aduersis con-
 stantia, & in tribulatione patientia, similis obedientia in labore, per-
 seuerantia in agone.

Venerabilis itaque ALBANVS beati magistri vitam imitatus, ^{6.}
 ornamentis morum claruit, & bonis actibus Domino complacuit. ^{Psal. 83. 6.}
 Mortificans enim seipsum vitiiis, ibat de virtute in virtutem; ascen-
 siones in corde suo disponens in valle lacrimarum; quibus per angu-
 stam viam ad vitam gradens pertingeret ad videndum Deum deo-
 rum in Syon. Capax namque diuinorum cor eius, & sacratum Deo
 templum corporis eius in frontis carnis impetus mentis legibus e- ^{infruitas}
 domabat, & prurientes mundi illecebras robusto sanctimoniz & ca-
 stitatis tenore calcabat. Spernebat ambitionem sæculi: quia nihil per- ^{Mat. 9. 17.}
 nitiosus, cum acquirendi immoderatus ardor incanduit; & miseri-
 cordiam omnibus impendebat. quam Dominus in Euangelio eti-
 am sacrificiis prætulit. Exhibebat autem se cunctis tam amabilem,
 quam imitabilem. Dulcissimus in lenitate sermonis, mitissimus in
 mansuetudine conuersationis. Tantum enim cœlestis gratiæ fauor
 eum perfuderat, vt à suis ^{* m. f. d. i. e.} diuersorib; imò ab omnib; ^{foribus.} diligere ac timere
 Nnnn ^{ms-}

mereretur. Quia vultu & habitu ad eum modestus erat, ut nec effusa
 inesset severitas, nec remissa hilaritas; nec habitum eius aut super-
 bia inflarat, aut penuria sordidarat. Nec ei ad superfluum erat pro-
 sa liberalitas, nec ad iactantiam ostentatiter affectata frugalitas. In
 vigiliis pernoctans, corde & ore caelo infertus, aut orando cum
 Domino loquebatur, aut sacris lectionibus vacans Dominum se-
 bi loqui meditabatur. Hauriebat etiam ex ipsis sacris eloquiis ex-
 empla sanctorum Patrum, & si quem diuino laudatum testimonio
 didicisset, subtili inuestigabat mente, quibus meritis Deo placuis-
 set; ut dum eius vestigia imitaretur, simile testimonium a Deo
 mereretur. Accedebat sane ad cumulam perfectionis eius sanctis-
 mum viri Dei contubernium, qui cum quotidie verbis & exemplis
 ad vitam informabat; & quo illi eundum esset, verbo monstra-
 bat, & ipse bene operando procedebat. Ipse vero nolens se a ta-
 to patre fieri degenerem, sed potius probari in se studens tradere
 tantam virtutis emulationem, monita salutis sitibunda cordis aure-
 bebatur, & precedentem magistrum ad montem virtutum pede post
 pedem sequebatur, utpote quem toto affectu diligebat, non ut cum
 eum aequalem, sed ut animam parentem.

7.

Videns ergo sanctus Pontifex tantum viri in Christo profe-
 ctum, & quotidianis incrementis ad meliora profectum, debere
 eum officio promouere diuino, & iugum Christi imponere sacerdo-
 tali ministerio, ut qui se quotidianum Deo offerebat sacrificium, cum
 nem crucifigendo cum vitis & concupiscentiis, ipse etiam per *MAR-*
IAE SOLENNIA ad salutem totius Ecclesiae celebraret mysteria-
 lutiferam passionis. ALBANVS vero oneri sancti honoris imparum se-
 se pronuntians, & titulum tanti nominis humiliter declinans, tan-
 dem ne obedientiam humilitatis comitem desereret, resistens di-
 naciã depouit, & in sacerdotii ordinem consecrari promeruit. Ita
 dextera Domini exaltatus, & per sancti praesulis manus impositione,
 SPIRITVS SANCTI CHRISMATE ditatus in sacerdotii dignitate Chri-
 sto Domino consecratus est ministrare. Hoc etiam exigebat temporis
 articulus, ut ad sacerdotium accederet vir tum perfectus in caritate,
 tum * perflus in verbo praedicationis. Ecclesiam Arriana pulsabat
 impietas, ad confutandam perfidorum calumniam, sacerdotalis eum
 roboraret autoritas.

* m. s. p. 4.

8.

Eodem tempore ARCADIVS cum HONORIO fratre imperii sum-
 mam aequa sorte gerebat, qui THEODOSIO patri hereditario iure in
 sc-

sceptro successerant. Garriebat interea contra fidem ecclesie **ARRI-
NAE** impietatis insania. quoniam velut lactiferam mortificandis ani-
mabus toxicam per os **ARRII** antiquus hostis euomuit, & per vasa
iniquitatis venenum perfidiae male condendo transfudit. Concepit
enim dolorem, & peperit iniquitatem. Quam cum **CATHOLICA
NICENI CONCILII** fides sub **CONSTANTINO** Augusto per tre-
centos decem & octo Patres iuste damnasset, & Christum Domi-
num homouision cum **PATRE SPIRITVM** quoque **SANCTVM**
cum **PATRE & FILIO** vnus essentiae & maiestatis credendum,
adorandumque firmasset, **ARRIUS** cum suis complicitibus exilio
destinati sunt, & scandalorum iurgia in Ecclesia interim conqueue-
runt. Post haec diabolus iterum fremens sopitas furoris flammam in
peccatis accendit, & per **CONSTANTIUM** Constantini filium rediuiua bella
commouit. Qua tempestate multi testes Christi exilio relegati, mul-
ti sunt martyrio coronati. Ad hoc perfidiae incendium restinguen-
dum plures probatissimi Patres per longa tempora validissime decer-
tauerunt, & ad hoc mortiferum dogma damnandum multa Pa-
trum Concilia celebrata sunt, tamen ad exercitationem fidelium, sicut
PHILISTHAEVM ad probationem Israel funditus illud Deus ex-
tirpare noluit; sed velut tritura, & abieccio paleae ad tritici pertinet
purgationem, ita hoc semper pullulare permittit ad fidelium proba-
tionem. Oportet, inquit Apostolus, haereticos esse, vt probati manife-
stentur. Hoc itaque pestiferi dogmatis venenum a praedicto iniqui-
tatis fonte **ARRIO** vsque ad praedictorum Principum **ARCADII**,
inquam, & **HONORII** tempora scatens, etiam tum vasa mortis,
in quibus transfunderetur, inuenit; & **MACEDONIAM AFRICA-
M Q;** imò totam pane Ecclesiam grauitur concussit.

1. Cor. 11.

His sanè diebus plurimis magnificis notarum frontium viris,
& mirificis publicorum nominum sacerdotibus, licet pressuris de-
cocta mater florebat Ecclesia, qui coelestem eius fabricam, velut co-
lunnarum solidissimarum sustentando portarent, & contra haereticarum impie-
tatis iacula ferro fidei, & gladio spiritus defensando protegerent.
Horum communi decreto ad confutandas haereticas **CARTHAGINI**,
quae est metropolis **AFRICAE**, sanctum celebratur **CONCILIVM** du-
centorum decem & septem Patrum, cui praesedit sanctae recordationis **AU-
RELIVS** eiusdem urbis Episcopus, & magnus ille **AUGUSTINVS HIPPONENSIS**,
& contubernalis eius **ALEXIVS TAGASTENSIS**, multiq; praeterea tam ipse
anno 407.
Nunc 2. Atri-

Concilium
Carthagi-
nense celo-
bratum a 407.

Africa, quàm & vicinarum regionum, & vrbium sacerdotum & constantissimi Christianæ fidei confessores. vbi renouata est Apostolica NICAENI Concilii fides, & cum suis auctoribus omnes hæretici damnatae sunt.

10.

Post hæc impiissimus HVNERICVS WANDALORVM Rex post GERERICVM patrem & TRASIMVNDVM fratrem, AFRICANVM occupat regnum; & sicut sceptri, sic & sceleris hæres, totam terram illius gentem ad ARRIANÆ perfidiæ sectam cogebat; non consentientes verborum mentis ac diuersis mortibus impellebat, cuius persecutione quatuordecim milia ad Dominum transferunt, nullius vel ingenii subtilitas comprehendere vel scribentis agilitas literis valet intexere. Fidelis est Ecclesia, quæ ad cælos misit; & Christi dextera, quæ peruenit eos gloria coronauit. Idem autem perditionis filius post antientem cum illud & catholicum, quod prædiximus, Concilium, in CARTHAGINE pseudosynodum ex diuersis regionibus præcepit congregari, in qua cum Catholici quotquot aderant Patres, contra ARRIANÆ partis defensores instantissimè confligerent; nec tantum potestate regia urgente, sancti Pontifices alii à suis sedibus deturbati, nonnulli in exilium deportantur, plurimi exquisitis pœnarum generibus afficiuntur. Non solum autem illius prouinciae, vel vrbis fidelis huius persecutionis tempestas à crudelissimo HVNERICO tyranno exagitata corripuit, sed etiam vicinarum regionum & vrbium sacerdotum, cum creditis sibi ouibus, eadem diralues inuasit.

11.

Contigit autem hac tempestate etiam beatissimum THEONESTVM cum Ecclesia sibi credita eadem persecutione urgeri, & à PALLIPPIS præfulatus sui sede, persecutore infestante depelli. Hic longa virtutum exercitatione iam dudum ad patientiam animum solidat, nec ad futuram gloriam passionis huius temporis condignus esse dicebat. Quapropter firmato animo decreuit potius persecutori alicui delitescens ad tempus cedere, quàm hæreticæ communioni consentire; attendens illud euangelicum: Iesus autem abscondit se & exiit de templo. Poterat denique & PAVLO Apostolo, & beatissimo THEONESTO iam tunc martyrii palma præparari, quando ille per fenestram in sporta est demissus, & iste sede sua depulsus; nisi in hoc diuina prouidentia humanæ salutis consuleret; ut hic per fenestram demissus, totum, vt ita dicam, mundum fidei sacramentis imbueret; iste verò pontificali folio depulsus multa sanctorum loca circueundo, ad fidei constantiam, & martyrii palmam multos

robo-

Rom. 8. 18

Ioh. 7. 59

Act. 9.

robotaret. Si enim tunc persecutoris gladius THEONESTVM cum suis cooperato-
ribus coronatos ad superna misisset, quis postea tot hereticos docuisset fidei veritatem? & quis tot schismaticis proposuisset
Christianæ pacis unitatem? quis confortaret tot fideles in tribulatione ad patientiam?
quis tot martyres spe futurorum animaret ad coronam? si tunc ALBANVS cum THEONESTO suo Magistro victima-
tus occubisset, quis te, MCGONTIA hodie roscio sanguine purpura-
ret? quis te suo martyrio coronaret? MACEDONIA quidem, vel AFRICA
suis Martyribus gloriaretur: tua verò dignitas tanto patrocinio priuaretur.
His ergo sanctissimis viris dilata sunt meritorum premia, non sublata; promotæ
est palma martyrii, non immutata pompa triumphi. Sed ad multorum salutem per
summos erat illis agones tractandum, & sic perenni felicitate trabeatos ad
summa veniendum.

Sanctus igitur Pontifex THEONESTVS assumpto ALBANO, alii-
que discipulis, ROMANAM adire disposuit sedem, ut inde Apostolicam
acciperet consolationem. Elegit potius pro Domino in exteris finibus
peregrinari, quam intra sinum patriæ perfidis committi. Non illum rei
familiaris dispendium temporale depressit, aut proposito male miserantium
cuium suadela deflexit. Non illum affecit penuria, aut fregit iniuria; non
dolor mentem exussit, aut corporis poena concussit. Hæret in suis
sedibus fundata virtus, & deuotio sancta altis fixa radicibus, per
arma iustitiæ à dexteris & à sinistris, inter aduersa & prospera regiam
graditur viam, per quam ipse rex, qui via, veritas & vita est, æternam
eum perducatur ad vitam.

Porro in numero IV. Euangelistarum credens vnum sibi sufficere
Christum, ex Christiana discipulorum schola, & ex omni spiritualium
filiorum copia, IV. sibi elegit, videlicet ALBANVM & VRVM, THABRAM,
& THABRATHAM, quos peregrinationis comites, agonis testes, coronæ
participes secum fore decreuit. Prosequebatur interim discedentem
patrem filiorum deuotio sancta, piæ fundens lacrimas, & miserabiles
in cælum spargens querelas; clamans, oues pastore destitutas, luporum
dentibus exponi, nec esse qui eas debeat ab eorum infestatione tueri.
Clerus, quotquot Hæreticis non consenserat, Clerus, inquam, perditam
deslet religionem, populus ingemuit Christianam opprimi veritatem.
Quos pater sanctissimus benignè consolatus est: Vos, inquit, ei
resigno, qui mihi commisit, ille vos tueatur, qui proprio sanguine
redemit. His & huiusmodi merentium corda demulcens, & cleuatis
manibus cælesti eos benedictione

Nann 3

ctione

tionem perfundens, in propria redire commonuit. Ipse vero cum discipulis, ut disposuerat, ire perrexit.

14. Cumq; moenia ROMANÆ arcis attingeret, & Sanctorum comiteria visitans, agonem suum eorum patrocinio commendata, apostolico tandem se representat antistiti; MAGNO videlicet LEONIS exponens qualiter pro fidei defensione propria depulsus sede cogatur peregrinari. Ille vero iuxta Apostolicam mansuetudinem, totius patris visceribus affluens, blandis eum fouet alloquiis; reuocans ad memoriam, qualiter Dominus Iesus per totam Euangelii seriem discipulos ad passionem animabat, & quam remunerationis mercedem passionibus destinabat. Beatus inquit, eritis, cum vos oderint homines, & persecuti fuerint. Et: Beati qui persecutionem patiuntur propter iustitiam, & reliqua huiusmodi. Hortatur quoque Dominus sustinere misericordiam. Et: Vniuersi, inquit, qui sustinent te, non confundentur. Et: si quid patimini propter iustitiam, beati. His & huiusmodi paternis consolationibus viri Dei animus ad patientiam roboratur, & ad perseverandi constantiam per longanimitate solidatur.

15. Cumq; apud eundem Apostolicæ sedis præfulem aliquantulum versaretur, & quotidie de sacris scriptis cum eo conferens, de salute animæ, de cælesti vita fabularetur, intellexit idem Deiloquus LEONIS hominem Dei admodum in diuinis cruditum, & contra omnes hæreses gladio verbi Dei munitum: vnde & secum, Christo inspirante, delibere, quod vir tam necessarius Ecclesiæ Dei aliquorsum debeat ad prædicandum destinari. Visum est identidem viro Dei THEONESTO, sicut idem Dominus volebat, alia Sanctorum loca visitare, eorumque suffragia sibi in aduersis conciliare, ut sicubi prædicandi copia fieret in vinea Domini, vel plantando, vel putando usque ad Euangelicum æternæ remunerationis denarium laboraret. Quod bonæ intentionis propositum cum ROMANO referret præfulem, ille videns ex sententia cedere, quod prius animo deliberabat, gratias egit Domino Iesu Christo, qui constantissimum sui nominis defensorem usque ad hunc confortabat agonem. Tandem ergo post sanctæ exhortationis colloquia, & multifaria diuinæ religionis mandata, data prædicandi autoritate, cum Apostolica benedictione hunc sanctæ societatis comitatum in viam pacis sollicitabire. Reuerendus autem THEONESTVS eum participibus suis à ROMANA vrbe digressus, sicut iam pridem animo deliberarat, Sanctorum loca circumquaque visitabat, nec vllum præterit seruatorum Dei, cuius noticiam & locietatem possit adipisci. Post longos itaque difficilissimi

limi itineris labores APPENNINI montis arreptans confraga, & rapidissimi PADI transmittens fluenta, urbem MEDIOLANVM deuenit, vbi AMBROSIVM, in rebus Dei orbi terræ notissimum, Theologia vacantem inuenit. A quo benignissimè acceptus, & quàm religiose, tam honestè detentus & habitus, exponit ei causam peregrinationis suæ, & seriem laboris; Indicans qualiter HYNERICI crudelissimi bestiale expertus sit furorem, & quam grauissimam eidem belluæ, & Arrianorū, quos defendebat, tulit persecutionem.

Ambrosius autem è contra denarrat ei, qualiter MEDIOLANI contra bestias pugnauerit, & quomodo IUSTINA AVGVSTA Arrianæ impietatis alumna, quæ ab hæreticis venena male hauserat, peius contra Ecclesiam euomuerit, & qualiter Ecclesiarū statū turbando Sacerdotibus de pulsiones, & exilia intentauerit; vsq; adeo IZABEL spiritu armata omni op pugnationis genere eum fatigans, vt filius eius VALENTINIANVS invidia, quam in AMBROSIVM mater eius conflauerat, accensus armatorū manū ad Ecclesiā mitteret; oppugnari sanctas frangi ianuas, sacerdotē extrahi, & in exiliū protinus agi iuberet. Addit quoq; in tali discrimine magnā virtutem altissimi sibi suisq; affuisse, quæ ei per visum reuelauerat, quo loco laterent corpora Sanctorū Martyrū GERVASII & PROTHASII, in thesauro diuini secreti, vsque ad tempus oportunitate recondita. Quæ cum effossa digno cum honore ad Ecclesiam deferrentur, inter multimoda sanitatum dona etiam quidam cæcus, vrbique notissimus tactu feretri lumen recepit, & exultantibus in laudem Christi ciuibus lætitiæ incrementū dedit. Inde fealis illius belluæ animus, etsi iuxta fidei regulam hæreticū in se non correxit errorem, tamen compefcuit ad tempus tyrannicum à persequendo furorem.

Cum tam pios se pro Christo labores pertulisse alter alteri denarraret, & ad perseuerantiæ tenorem salutaribus monitis in inuicem roborarēt, indicat AMBROSIVS THEONESTO adhuc in eadem ciuitate quasdam ARRIANÆ contagionis superesse reliquias, ad quas funditus extirandas dicit oportere eos vnanimiter accingi, & urbem, imò & totam Ecclesiam hac diabolica peste purgari. Vnde vterque scuto fidei, & gladio verbi armatus aduersus easdem bestias dimicaturi, procedunt, resistentibus viriliter insistant, errorem veritate prosternunt, fidem astruendo, perfidiam destruant; tandemq; fauente Christo his confutatis & expugnatis victoria potiuntur.

Dum

16.

17.

18. Dum hæc ita geruntur, diuinus AMBROSIVS augustæ memoriæ Principem adiens THEODOSIVM IVNIOREM, denuntiat ei veritatem aduentum, indicans, quos quantosque labores pro Christo perierit, & quanta contra ARRIANÆ perfidie belluas certamina gesserit, referens quomodo prius summæ religionis & reuerentiæ Prælati, verò Christianæ deuotionis & patientiæ exul, præferat in terris pro Christo peregrinari, quàm ob hæreticam communionem in cæcis Christo separari. Addit quoque ad cumulum gloriæ, non eum sufficere, nisi etiam TRANSALPINAM GALLIAM appetat, ibique contra Arrianas bestias, quas ibi audierat esse, configat. Vnde & omnino esse credibile, eum ad martyrii palmam properare. Augustus vero audita sancti viri fidei sociorumque eius, non minori constanti fortitudine, religiosa illos excepit honorificentia, & imperiali eius vniuersæ munificentia. Et sicut erat totus Christianæ religioni deditus, ita quam regiæ oblitus maiestatis, obsequium eis exhibebat magnæ militatis; eorum se commendans orationibus, eorumque apud dominum subniti petens intercessionibus.

19. Sopitis tandem inibi Hæreticorum colloquiis, cum vir Dominus THEONESTVS discipulorum hortatu ad alia transire loca desideret, THEODOSIVS Augustus cum diuino AMBROSIO, tam hortatoris, quàm consolatoris sermonibus recedentes deducunt, eosque Domino Christo commendantes, in pace dimittunt. Illi autem præptantes niuosa alpium confraga, & vadosa vallium concaua, ad AVGVSTAM PRIMÆ RETIÆ deuenerunt urbem, vbi jam Arriana pleratio malam extenderat radicem. Cæperunt ergo ciuibus illis fidei veritatem exponere, & æqualitatem, in domino vnitate SANCTÆ TRINITATIS Euangelicis sermonibus astruere. Adest iterum diabolus cum Antichristis suis, argumentis mendacibus oblatrans sermonibus veritatis. Impia namque pugnacitate contradicebant Hæretici his, quæ à Sanctis dicebantur vnanimiter blasphemantes, & veritatis lucem mediâ tenebris obfuscare nitentes. Sancti autem Christo freti adiutore fortiter resistunt, & eorum mendacia fidei veritate prosternunt.

Ad istud auum, inquit M. Vollerus rerum August. Viud. lib. 8. anno 415. Theonestum factiosum, martyres Syriacorum re- fert, cum alium alios temporis rationem inire sciens sim. Ex quibus Vrsium, Mediolanum Magentium proficiscentem, Augustæ ab Arrianis occisum, vixit quedam in reliqua historia uallent, satis conuenit. Sed vereor nostrorum aliquos nominis errore auctos de Vindelorum urbe perperam interpretari, quæ ad Prætoriam Salassorum pertineant. Pro Prætorio enim argumenta non obscura sunt aliquot. Consulta tabula Ecclesiæ Baranice, quæ sub Torcellensi Episcopo propè Venetias est, & hos sanctos, quod plerumque eorum corpora ibi condita, Iulianum cultu veneratur, plane habent, ciuitatem Augustam, quæ sita est ad radicem mon-

eis qui dicitur Iovis. Deinde Iocuples auctor Antoninus, in itinerario iter Mediolano Magontiacum describens, Augustam Pratoriam quinta mansionis loco posuit; tum antiquissimum ad eum Monasterium titulo S. Vrsi superesse audio. Nobis contra, neq. itineris ratio suffragatur, neq. ullam nostram Ecclesiam Vrsi memoriam retinet. Quocirca quod hucusq. caetera cura fuit Iornamento peregrino abstinemus. Hæc M. Vellerius.

Cumq. diu talis altercatio fieret, nec vilo modo mala terra diuini verbi semen ad fructificandum admitteret, indigenæ loci calice iræ Dei misere debriati testes Christi inuadit contumeliis conuiciisq. iniuriose afficiunt. Arreptum vero vrsvm trahit, cedunt, plagis verberibusq. affligunt, ad vltimum truncato capite interimunt. Ita Christi fortissimus Athleta, sicut ouis ad occisionem ductus, victimatus, & sicut agnus coram tondeute se obmutescens trucidatur, & in conspectu eius, pro quo passus est, martyrii gloria coronatur. Porro Angelicus vir THEONESTVS videns populum perfidie tenebris obæcatam, & in diaboli laqueis, quibus captus erat, persistere obduratum, Apostolico more etiã puluerẽ pedũ in testimoniu super eos excutiens. Mũdus, inquit, sum a sanguine vestro, Sanguis vester super caput vestru. His dictis, iuxta præceptũ Dñi, nolens vltra Sanctũ canibus dare, & Margaritas ante porcos ponere; incorrigibilem populi deflens errore, a perfida vrbe discessit, iuxta vocem Domini, dicentis: Si vos persecuti fuerint in ciuitate vna, fugite in alia. Ibat autem cum reliquis locis suis gaudens de corona fratris sui, & discipuli, sed humaniter moerens ex destitutione familiaris & loci. Quia etsi illius glorificatio pium deferebat gaudium, humanitatis tamen respectus compassionis extorquebat affectum.

Paucis sanẽ euolutis diebus & salebrofis multo cum labore transmissis alpibus, peruenit ad CHRISTIANISSIMVM SIGISMVNDVM REGEM ALLOGORVM, qui inter regie maiestatis insignia crucem suam baiulans, Domini sequebatur uestigia; non in tantum ambiens temporalis florere imperio, quã eternaliter regnare cum Domino. illius imitatus exemplum, qui cum esset Rex potentissimus, seruus tamẽ Domini humillimus aiebat: Egens sum in laboribus a iuuentute mea, & seruus tuus sum ego; da mihi intellectum. Dignus tamen per omnia hic erat vir, qui melioris fidei populo regni fastigio præflet, non cuius rebellionẽ & insidiis circumuentus occumberet. Idem autem nobilis magnificentie Rex Sanctorum laboribus mente compatiens, & Christiane pietatis eis obsequia exhibens, additis ad viaticum sumptibus, fideq. legationis, propter instantes Arrianos, adhibitis comitibus,

O o o o

22. tibus commendas eos Regi cœlorum, ad TREVIENSEM dirigit paulum.

Eph. 6.

Qui videlicet PAVLINVS eo tēpore apud TREVIOS Episcopali stus dignitate currū Dei aurigabat, & aduersus Arrianæ immanitate fias armatura Dei accinctus viriliter dimicabat, opponens eis firmi fidei; & gladium Spiritus, quod est verbum Dei. Hic feruorum Dile piscopali humanitate suscipiēs aduentū, & fraterna visitatione, iudicidus spirituale ducens gaudiū debita eos veneratione amplectitur, foet, cōsolatur, corūq; peregrinēdi causā diligentissimē percunctans. Quānā, inquit, causa, vos dilectissimi, tali tempestate huc additi, quæne rerum vertigo ad has persecutionis procellas, quas patimur, appulit? Vsq; adeo enim Arrianæ hærescos apud nos grassatur in tanta, vt hinc inde nostra grauer concutiat Ecclesia. quin etiam fratres nostri VALERIANVS & MAXIMIANVS, quia nefandis Principib; cōctis hæreticis comunicando non patuerunt, pro Christo victimas, & proprii sanguinis vnda perfusi occubuerunt. Væ autem homini, per quem hoc scandalū in Ecclesiā venit, væ antichristo illi, per cuius nefandissimū os diabolus hoc blasphemie venenū per totū orbem effudit. Timco autem, charissimi, quod si vos defendentes veritatem eade corripuerit persecutionis tempestas, quia in tali discrimine res de via agitur, grauer vnanimitas vestra periclitabitur. Ad hæc THEONESTVS exposita suæ, suorumq; peregrinationis causa: Si Deus pro nobis, quis cōtra nos? Dominus nobis adiutor est, nō timebimus quid faciat nobis homo: ipsa enim veritas, pro cuius nomine peregrinamur, docet nos non timere eos; qui occidūt corpus, animam autem non possunt occidere. Quis verō nos separabit à charitate Christi? tribulatio, an angustia, an persecutio, an gladius? Si enim cōpatimur, & cōregnabimus. Vobis, inquit PAVLINVS, charissimi, in hac veritatis cōfessione vnanimiter assentior, vobis in huius propositi tenore congratulor. Christus autem Dominus, qui hanc confessionis suæ vobis inedita sapientia, potens est, & superaddere patientiam, ipsius gratia vobis prestare dignetur perseverantiæ fortitudinem, quoad vsq; felici conlummatione vestrum coronet agonem.

Rom. 8, 31.

Mt. 11, 10, 28

Rom. 2, 9.

23.

Aliquantū ergo tēporis elabitur, cū THEONESTVS videns PAVLINVM validissimū Ecclesiæ murū, & solidissimā fidei columnā aduersus Arrianorum impetus sufficienter posse persistere, & ad resistendū Christo autore sufficere, ratus id quod res, Deo inspirante, mouebat, sese aliis eiusdem patriæ locis necessarium, à PAVLINO deliberat recedendum. Data vero & accepta benedictione, consensaq; nauis per MOSELLÆ fluminis decliua ad RENVM vsque delabitur, deinde Chri-

no sibi nauclero per ipsius RENE pelagus p̄spero celeumate MOGONTIAM vsq; p̄chitur. Huius nimirum REGIÆ VRBIS mentionem, quātum & suscepit operis decursus, & rerum inibi gestarum historicus iniecit stilus, non ab re videtur, si de primis eius conditoribus, deq; situ & amœnitate loci, quoque modo rerum, quas dicere conamur, series ibidem processerit, succinctus sermo summatim attigerit.

Hæc igitur auguste nobilitatis ciuitas primo IULIUM, qui tripartitam GALLIAM, ac partem GERMANIÆ decennio armis subegit, dein de DRVSVM AVGVSTVM priuignū, aliosq; ROMANORVM Principes habuit cōditores & possessores, qui videlicet ROMANI terra mariq; viatores hoc speciale priuilegium suæ ascribebāt potentie, vt quancūq; gentē vel regionē armis subigerēt, statim eo loci municipia, vrbes, arcesq; fundarent, deductisq; colonis ad tutamentū regni in ROMANAS leges, & cerimonias, inq; linguā LATIALEM indigenas cogerēt. Testatur hoc vrbes, arcesq; per littora RENE, perq; totā GALLIAM ab ipso IULIO, vel ipsius autoritate fundata; MOGONTIA videlicet, TVICIVM, AGRIPPINA, IULIACVM, OCTAVIA, quæ & TVNGRIS; NEMETVM, quæ & SPIRA, aliq; p̄ plures, quas propter operis cōpendiū, & q̄a nota referimus, enumerare longū est. De DRVSO autē testatur DRVSLATIVM in eo q̄ speciosius dicitur, mōte sitū, cui ex eo nomē inditū esse voluit, quod sit DRVSI latibulū. Habet enim opinio etiā ibi esse sepulcrū. Hoies quoq; regionis à DRVSO DRVSIINCI antiquitus vocabantur. Vnde & adhuc q̄dā moderno tēpore p̄prio nomine * DRVSIING nuncupātur. * DRVSIING Contentiūt huic assertioni etiā fastorū tituli, q̄ principum nominibus & gestis in p̄petē memoriā in sculpti lapidibus per totā inueniūtur vrbe cōfracti & disiecti. Hoc etiā astruūt adhuc superstitēs theatri ruine q̄ ROMANO more ad ludos CIRCENSES & theatrica spectacula cōstruētum est.

Ea autē persecutione, quæ per ATTILAM HVNNORVM REGEM cœlesti iudicio CHRISTIANIS illata esse describitur, contigit eandē vrbe vt adhuc res p̄bat, funditus euersā cōcidisse, & in vltionem hæreticæ prauitatis diuino p̄misso ignibus conflagrasse. Cōqueritur hoc IERONYMVS in Epist. ad AGERVCIAM, excisam deslēs nobilissimā vrbe MOGONCIACAM, vrbeq; WANGTONVM. NEMETVM etiā, & ARGENTORATVM cum aliis pluribus Ecclesiis & vrribus GALLIARVM.

Postea verō quando misericordiam Dei cœli distillauerunt, & diuina miserante gratia Catholicis Principibus reddita pace CHRISTI Ecclesiæ conuicuerunt, mutato loco super littus RENE, à quo prius ducen-

ducentis plus minus passibus disparabatur, est restituta, & FRANCORVM Regibus, maximeq; à DAGOPERTO in pristinum, imò multo ampliore dignitate eius reuocata, caput effecta regni ORIENTALIVM FRANCORVM, ac METROPOLIS GALLIÆ, GERMANIÆq; cunctarū vrbiū CISALPINARVM, GALLICANIS enim Ecclesiis Ariana impio te profanatis, cū diuinæ animaduersionis flagellū p̄dictū ARTURIUM HVNNORVM REGEM vsq; ad internecionē defrausset, & easdē Ecclesiās, vrbesq; ad AVRELIANAM arcē ab usq; RENO sūdītus euertit, & tradita, vt p̄missimus, pace, Sanctorū precibus cū iterū de ordine Ecclesiarū redintegrādo ageretur, APOSTOLICÆ SEDIS autoritas à quibus locis & Archiepiscopatus apicē & pallii reuerentiā; q̄ busdā vero primatus dignitatē celsūit trāsferendā. à nōnullis a. cathedras iudicium esse mutādas, quarū noīa, p̄pter sublatiōē inuidiā hic inferre factū est. Alia enim earū funditus erāt euersæ, & diuino postulate iudicio, in solitudine redacta. Alia verò etsi diuinā senserāt animaduersionē, adhuc tamē hæreticū p̄fectē non correxerāt errorē. Quapropter ROMANÆ SEDIS induxit Censura illis in locis cathedras instituit, vbi & Catholicæ fidei integra esset veritas, & Ecclesiasticæ religionis tranquillitas.

27.

Quia vero ab vrbe MOGONCIACA eo tēpore primus veri solus natus per magnū illū BONIFACIVM GALLIÆ, GERMANIÆq; illuxit, & p̄fidia tenebras luce veridicæ p̄dicationis exclusit, cūctorū assensu ad iudicauit Apostolicus Pōtifex GREGORIVS, deinde ZACHARIAS magnū BONIFACIVM, vt sedem illi creditā primatus dignitate, & PALLII honore p̄petualiter insigniri, & p̄ totā GALLIAM, GERMANIAMq; in oībus conciliis & Ecclesiasticis cōuentibus Apostolica vice fungī. Vnde vt in gestis FRANCORVM legitur, aūuente p̄dicto ZACHARIA, apud SVESSIONES FRANCIGENARVM vrbe PIPINVM MAGNI CAROLI patrē vnxit in regē. Dein locis & vrribus, vbi cōpetebat, videlicet in WIRZEBYRG & HVSTAD Episcopos eligēs, & cōsecrās, cathedras Episcopales instituit. In aliquibus verò p̄tules culpa exigēte dānatos Apostolica vice, & primatus potestate deposuit. Quā videlicet primatus dignitatē p̄dicti ROMANÆ SEDIS Præsules GREGORIVS & ZACHARIAS eadē memorabili BONIFACIO & MOGONTINÆ sedi Apostolica auctoritate cōsecrarūt, datisq; priuilegiis, & scriptis testamētis p̄petuo firmarūt. Hęc itaq; nobilissima vrbs opinatissimi illius RENO fluctis alluitur, oīum bonorū & honorū copia p̄fruitur, ex omni gēte & natione cōfluētibus, hospitalis & portuolā, tā p̄ pōtificali primatū diuino apicē, q̄ p̄ regni fastigiū mūdiali culmine gloriolā, situ iocūda, glebis toccūda.

salubris aere, delectabilis facie, omnique profus coronata dignitate.

Igitur vir Dei THEONESTVS cum ALBANO suo, aliisque discipulis hanc regionem ingressus, inuenit eam variis erroribus obnoxiam, & haereticae prauitatis sordibus profanatam. Ipsa enim sicut ex diuersis partibus pro variis negotiis ad se confluentibus cuiuslibet linguae vel sectae excipiebat homines, ita multorum sectabatur erroribus ancillari. Hac de re etiam sacerdotem suum, sanctissimum sanè virum AVREVM, quia errores eius increpando redarguebat, pontificali folio & mœnibus tunc temporis deturbauit, quem postea HYNORVM gladius cum sorore, eademque sacra virgine IUSTINA victimatum CHRISTO Domino ad caelos misit.

28.

Videntes autem sancti viri urbem proprio pastore destitutam occasionem praedicandi ex euentu nacti, coeperunt indigenis verbum veritatis euangelizare, vnitatem sanctae TRINITATIS contra Arrianos tam prophetis, quam euangelicis sermonibus asserere: scilicet FILIUM PATRI esse consubstantialem & coeternum; SPIRITVM verò sanctum cum Patre & Filio idem esse & vnum, quia vnus est Deus vnus & verus, Pater, & Filius, & Spiritus sanctus. Arriani verò huic verissimae assertioni omnix reclamantes vnanimiter obstitunt, & haereticarum sui veneno delibuti, sanae doctrinae sermonibus nullatenus acquiescunt.

29.

Videns autem beatus ALBANVS virum Dei THEONESTVM eorum argutiis & insultationibus vehementer virgeri, etiam prope esse, vt illata sibi violentia debeat vinculus teneri, vt erat promptus, linguaque expeditus, partes magistri defendens, se medium interponit, & quid in hac, de qua agebatur, quaestione veritas habeat, aperte & diligenter exponit; ostendens gradus & distinctiones seu minorationes, quas ARRIVS in sanctam TRINITATEM blasphemò ore confinxerat, penitus nihil esse, sed Patrem & Filium & Spiritum sanctum coessentialem & coeternum, imò vnum Deum ante omnia & per omnia saecula sine fine regnare.

30.

Videntes ergò haereticae prauitatis Alumni se ALBANI sermonibus in plebis audientia confundi, & inexpugnabilium luce rationum publice confutari, in vltionem suae confusionis seditionem excitant in populo: Clamantes, indignum facinus, aduenas homines ignotos & idiotas, eorum fidem & religionem impugnare; oportere disciplinam, ne quis de cetero talia praesumat, eorum sanciri sanguine; fore dignum

31.

dignum, ut aut eorum assertionibus palmam dantes vincerentur, aut vindictibus flammis viui tradantur, nouissime ex quoque penam in exemplum omnium rebellium puniantur. Hinc vulgariore stupentes, confusoque fremitu & populari tumultu super eorum dios fratrum abripiunt, trahunt, impingunt, cedunt, sine discrimine super eum insaniunt, sine miseratione plagis verberibusque acriunt. At ille qui iam quotidiano vsu didicerat labores & pericula pro Christo pati, quam patienter, tam constanter omnia perrebat, & in omnibus gratias illi, pro quo hæc patiebatur, agebat. Nec minus tamen Arrianæ bestie in insontem tormentis gemitur, & ut in eorum concedat sententiam; omni penarum genere debacchantur. Pauci vero qui sanioris aderant sententia, CHRISTIANA pietate ducti, quantum fas erat, prohibebant talia fieri, volentes ei carnali quadam miseratione suggerere, ut sibi parceret, & aut eis consentiendo, aut veritatem reticendo tempori cederet. Ad hæc ALBANVS, ut columna immobilis, in sancto firmata hærens proposito, negat se ad hoc posse cogi, nec contra CATHOLICAM veritatem aut tormentis concuti, aut blandimentis possi deduci.

32. ARRIANI vero ut perentiant inflexibilis constantia hominem irrevocabiliter in proposito perseverare, iniuriis, opprobriisque saturatum extra civitatem eiciunt, & post varia tormentorum genera capitali sententia addicunt. Erat videre mirabile, imo miserabile spectaculum, hominem innocentem sine causa damnari, verum

Gal. 6. 17. Christi testem perfidia præiudicante mactari. Ipse vero iuxta Apostolum stigmata Iesu in corpore suo portans, ac semet in agonia positum in Spiritu sancto confortans, tota ad cælum mente suspensus, mundum animo negligebat; ideoque & ipsa tormenta iam carne factiscente deficiens, quasi non sentiebat, cupiens dissolui, & esse cum Christo. Confluit autem ad spectaculum istud tota undique visum civitas, mobile vulgus in varias se scindit sententias: alii sacrilegum, alii clamant catholicum: Hi dicunt sanctum virum debere dimitti, illi impium turpissima morte damnari. Expectabatur iam iamque carnifex, qui deuota huius sanctæ victimæ colla feriret, ac ceruicem iugo Christi assuetam stricto mucrone præcideret.

33. Tandem ALBANVS genibus flexis ore in terram cernuus, corde in cælum erectus, nudam spiculatori præbet ceruicem, pro tali

patientia æternam recepturus mercedem. Ita verus Christi athleta
& fortissimus fidei agonotheta in stadio positus, & verissimus Chri-
sti testis inuentus boni certamen certauit, cursum consummauit, fi-
dem seruaui, de reliquo recepturus depositum, hoc est, coronam
iustitiæ ab eo cui deposuit. Igitur deuota ceruix crudeli gladio tra-
cidatur, sacrum gutturis organum, quod iugiter nomen aut laudem
Christi personabat, impio ense præciditur; sanctissimum viuæ
hostiæ caput eruento mucrone rotatur. Sic sanctissima beati AL-
BANI anima carnis ergastulo feliciter absoluta, sacri sanguinis im-
bre purpurata; gloria martyrii coronata, angelico stipata comita-
tu, ascendit ad regem suum; vt quem semper desiderauit, semper
videat, & cum eo regnans in æternum gaudeat. Dominus autem
Iesus sedens ad dexteram maiestatis paternæ, & de excelso sancto
suo prospiciens testem suum, contra rebelles fidei agonizantem
in terris, tali delectabatur sacrificio, tali gloriabatur holocau-
sto, addens certanti virtutem constantiæ, præbens bellanti effe-
ctum victoriæ, assumens triumphantem cum palma martyrii ad co-
ronam gloriæ.

2. Tim. 4.

Nec solum Dominus sanctum suum cœlesti mercede re-
munerat, verum etiam ad laudem sui nominis, salutemque morta-
lium miraculis coruscant. Denique vt sanctissimum eius caput impio
mucrone rotatum à ceruice reuulsus est, ipsa adhuc lingua in lau-
de Christi palpitan, adhibitis tollens manibus, firmo, incesu ad
locum vsque perrexit, vbi nunc placida & felici compositus pace
quiescit. Ecce autem adest in huius glorificati hominis exequias an-
gelica cœlestis militiæ dignitas, diuinis prosequens laudibus non
loculum funeris, sed triumphum martyris, propriis gressibus ad
tumulum properantis, ei que cœlestes celebrant exequias ad lau-
dem redemptoris. Verè gloriolissimus inter martyres martyr iste
diuinus, cuius funus non fertur loculo, non eget baiulo, sed no-
bili, & inusitato exequiarum genere, caput in manibus portans,
pedibus petit locum sepulchri, ipsa statione sua designans, vbi
debeat sepeliri. Nunc ergo licet Dominus æternæ beatitudinis
gremio confoueret, pia tamen sanctissimi corporis gleba, debito
negligentius, & æquo incultius tunc temporis humata est, id enim
habebat articulus temporis; CATHOLICOS nimium infestantibus
HÆRETICIS.

34.

Post eam verò persecutionem, quam in vltionem huius sceleris
& hæ-

35.

& hereticæ prauitatis sub ATILA HVNORVM Rege cœlesti iudicio factam supra retulimus. cùm Ecclesiis Christi reddita esset pax, sanctorum precibus diuinæ animaduersionis iram propitiantibus, sancti ALBANI tumba cœpit miraculis celebrari, & multo populorum conuentu frequentari. quia videbant qualiter Dominus sanctum suum mirificaret, & quomodo magnificentiam suam in eo exaltaret. Videbant enim eius inibi florere orationes, coruscare virtutes, eiusque meritis multa petentibus præstari beneficia, infirmantibus sanitates dona, omnisque qui ad eum de quacunque tribulatione clamatum ingrediebatur, protinus impetrata consolatione letus egrediebatur. Videbant illi illuminari cœcos, in solidos gressus crigi claudos, omniumque membrorum dolores in pristinam sanitatem reuocari. Inde Christiana religione ducti, prout temporis erat copia, super sacrum cinerem parua molis Ecclesiam fabricant, altare dedicant, eius se patrocinio commendantes, sanctique corporis loculum præ omnia venerantes.

36.

Aliquanto autem processu temporis euoluto, cùm iam ciuitas ad integrum esset reuocata, & Christiana religio tam catholice quam canonicè ad plenum redintegrata, venerabilis RYDOLPHVS à præfatu magni BONIFACII tertius sanctæ MOGONTINÆ sedis Archiepiscopus, sicut videbat locum S. ALBANI martyris miraculis coruscare, ita hunc fabricis aliisque diuinis cultibus aggressus est honorare, fundans primò basilicam tanto nomini debitam, cuius fabricæ modum & structuram quia promptum est oculis cernere, non est opus chartis intexere; estque superfluum, vt literis, vel lectione depingatur, quæ facie vel specie omnis ingrediens delectatur. Super sacrum verò cinerem mausoleum erexit, quod auro, ac gemmis, argento quoque, vbi competebat, vestiens, diligenter vndique contextit. Adidit præterea in cultum sanctuarium, & in ministerium altaris vasa aurea & argentea sacris ministeriis idonea, sacras quoque vestes diuinis officis, prout tempus dicat, competentes. Construxit etiam omnes regulares vitæ officinas. quas voluit seruorum Dei inibi degentium ad perpetuos martyris excubias esse receptacula; vt eius suffragantibus meritis, ipsi eum recipiant in æterna tabernacula. Obtulit præterea sancto martyri ad sumptus Dei famulantium prædia, villasque & ecclesiarum decimas, quas sacro altari rata ad stipulationem firmavit, scriptisque testamentis perpetua stabilitate legauit.

37.

Idem autem venerabilis locus in tanta celebritate cœpit habere.

Ex hoc est sequenti ca. coniectura duci potest, auctorem horum Abbatum esse Sigewardum monachum monasterii S. Albani qui anno 1297. scripsit Acta S. Albani esse Trishemio.

38.

haberi, ut non tantum eiusdem regia urbis Pontifices, verum etiam regni primores cum defungerentur, non alibi se poscerent sepeliri. Si quidem in argumentum fidei intra & circa Ecclesiam quoquo verum extant mausolea, singulorum nomen & obitus diem titulis designantia. Sed & potentissimus ille KAROLVS MAGNVS & orthodoxus Imperator cum FASTRADA coniunx eius apud FRANKINVVRT diem obiisset, tam nobile funus ad monasterium S. ALBANI precepit deferri, & in Aquilonari vestibulo ante altare Apostolorum terram fecit mandari. Argumento est titulus monumenti eius in eiusdem vestibuli pariete intra fornixem descriptus, pro cuius animae remedio quaedam sancto martyri contulit praedia, vnde hodieque fratribus ministratur dicta.

Iam nunc sufficiat de innumeris cum compendio pauca libasse, si enim narrado singula percurram, paritura est prolixitas fastidii notam. Vere felix tali patrono MOGONTIA, quae tanti martyris sanguine purpuratur, quae tam pretiosi cineris theca consecratur, quae victoriosi huius agonistae triumpho coronatur, in cuius veneratione Regina assurgit GALLIA; nobilis applaudit GERMANIA, imo tota congaudet ecclesia. Quia ergo de perpetua huius preciosissimi martyris non dubitamus gloria, quam in caelesti angelorum meruit curia, nos, qui eius indigemus intercessione, caelestem eius natalem, quia continuatim nequimus, vel annuatim celebremus, ut eius fulti meritis ad eam pertingamus gloriam, quam ipse in conspectu regis sui, pro quo passus est, possidet non annuam, sed continuam. Gloriosissimus ergo martyr ALBANVS pelliciam tunicam mortalitatis pro defensione veritatis exuens, & mortalis materiae tributum in Christi confessione persolvens passus est. XL. Kal. Iulii sub iuniore THEODOSTO AVGVSTO, aeternaliter regnante Domino nostro IESV CHRISTO, in dextera paterna maiestatis, qui cum eodem Patre ingenito & Spiritu sancto, ipse primogenitus & vnigenitus vnus viuus & verus Deus viuit & gloriatur per immortalia saeculorum saecula. Amen.

FINIS.

PPPP

PAS-

PASSIO SANCTORVM ALBANI & SOCIORVM eius. ex m. f. Windbergen.

Temporibus piissimi regis HONORII, PERSARVM atque MEDDORVM, WANDALORVM gentis dum orta foret maxima altercatio inter CHRISTIANOS ARRIANOS; ex fide SANCTITATIS, sanctissima in CHRISTIANOS persecutio orta. Vbi dum CARTHAGINE SYNODVS congregaretur tam FIDELIVM qUAM ARRIANORVM, a prefato HONORIO sexceti septuaginta Episcopos ibidem conuenerunt. Inter quos vir valde egregius THEONESTVS PERLIPPIS expulsus, & pROpRIA sede priuatus, pro certamine fidei & inuiduz sancte TRINITATIS, peregrinationis causa ROMAM venit, vbi discipulis suis ALBANO & VRSO venerabilibus viris & TABRA & TABRATHA. Sed cum iam aliquandiu ad limina Apostolorum PETRI & PAVLI moraretur, vna cum licentia beatissimi Papae, qui tunc temporis beati Petri Principis Apostolorum vicarius esse clarerat, TYSCIAN LIBGVRIAMqUE; peragrans, ITALIAMqUE; vltra pROgrediens ciuitatem MEDIOLANENSIVM adiit, qUAE tunc temporis Metropolis erat, vbi sanctissimum AMBROSIVM inueniens, ab illo benigne susceptus multa contra ARRIANOS ambo concionati sunt. Sed ipsi, auxiliante Domino, armati de sancte TRINITATIS, secundum veritatem, in omnibus victores ceciderunt. Sed dum haec ita se haberent, vir beatissimus AMBROSIVS THEODOSIVM Imperatorem Christianissimum adiit, nuntians illi aduentum beati THEONESTI, immensoqUE; labores illius, atqUE; certamina, qUAE pro fide Catholice religionis atqUE; inuiduz TRINITATIS habuit, dicens illi adhuc ista non sufficere, nisi etiam seipsum pRO CHRISTI amore vltro ad Martyrium vellet proferre. Qua de re GALLIAS ipsum velle appetere. vbi ille benigne susceptus est, altissimo polorum Regi commendatus, vt viam eius dirigere in pace dignaretur. Et abscesse inde. At dum per angusta vallium atqUE; per dirupta montium alpes APPENNINAS transgredi niteretur, venit ad AVGVSTAM ciuitatem RECLE. vbi etiam perfidis multa perpeffus collegam suum VRSVM ibi reliquit. Qui tentus ab infidelibus in eodem loco Martyrio coronatus est. Ibi vltro hodie multa per illum Dominus mirabilia operatur. Sed reuerendus vir THEONESTVS prefatas alpes transgrediens, vsqUE; ad SIGISMVNDVM regem peruenit. Sed ipse dum esset vere Catholicus, causam sui itineris

dino-

dinosces, optime co vsus, per suos legatos misit eum ad beatum PAV-
LINVM TREVERINORVM Episcopum: qui tunc temporis verus miles
atq; ppugnator extitit Catholice & Apostolice fidei, & ARRIANO-
RVVM sauitiam expulit, illosq; magnifice deuicit, atq; ad eos ait: Vt qd
ad nos venistis fratres karissimi & desideratissimi? quia MAXIMIA-
NVS & VALERIANVS nuper pro fide CHRISTI adierunt, & ab impijs
martyrio sunt coronati. Nunquid & vos ad Martyrii coronam pro-
perare veltis? cui illi aiunt: Quis contra nos, si Deus pro nobis? non
enim timeo, quid faciat nobis homo. An ipse Dominus in Euange-
lio commemorat, dicens: Nolite timere eos, qui occidunt corpus, ani-
mam autem non possunt occidere. Sed potius eum timeo, qui potest
& animam & corpus perdere in gehennam. At ille, Bonu, inquit, pro-
positum habetis. Deus autem dignetur vobis subministrare perfeue-
rantiam eum victoria Martyrii.

Et cum aliquandiu apud illu morarentur, vale dicens eis, dimisit
eos in pace. Inde q; viam arripientes, veneru't ciuitate MOGVNTIAM,
q; sita est supra RENVM fluuiu, qua & Metropolis est citerioris GAL-
LIE. vbi etiam cum fluxus ARRIANORVM atq; GOTTHORVM ad-
ueniret, ipsiq; fidei veritate exponerent, vt sancta TRINITATIS glo-
riam agnoscerent, eoruq; infamiam in publico confunderent, arreptu
ALBANVM educentes foras ciuitatem, ictu ferientis caput eius ab-
scissum est. Atq; ipse caput eius arripientes, proprijs manibus deporta-
uit, vbi nunc propitiante Domino corpus eius simul cum capite re-
quiescit vbi ab illo tempore vsq; nunc plurima & innumerabilia, mi-
serante Domino, per illius intercessionem fiunt miracula.

At dum beatissim^o THEONESTVS nauicula vellet ascēdere, vltraq;
progredi cum discipulis suis TABRA & TABRATA, turbæ GOTHO-
RVVM & ARRIANORVM circumdantes eum, incidētes nauiculam eius
forauerunt illā, & ipsum mittentes in eam, discipulosq; ei^o, voluerunt
eos in pfundū fluminis immergi. Hinc beatus THEONESTVS lato a-
nimo & hilari vultu cū nauicula sua peruenit vsque ad littus illasus. Et
cū vestimenta sua detergeret, secumq; cogitaret, quid illum agere o-
porteret; iterum turba infidelū illū circumdedit: & tenentes eum, du-
xerunt iterū ad orā fluminis, & miserunt illū in suam nauim, q̄ antea
perfoderant: & duxerunt eum in medium supradicti fluminis, cum
prafatis viris, & dimiserunt illum, vt in medijs fluctibus perimerent.

Sed dum beatus THEONESTVS chlamydem suam misit in ipsum
foramen, oculos suos cleuans ad cœlum, dixit: Domine Deus meus, q;
feci-

fecisti cœlũ, & fundasti terrã, & inebriasti eã, & dedisti escas omnĩ
 ni, & clausisti aquas abyssi vehementis; qui mare creasti, & terminam
 ei posuisti, & dixisti: Vsq; huc venies, & non procedas amplius, & de
 precor fili Dei viui, vt confirmes hanc nauiculam meam, in qua nunc
 ab infidelibus videor periclitari. qui in Chana Galilæe de aqua vinum
 fecisti, qui cæco nato oculos aperuisti, qui surdos audire fecisti, qui ma
 lierem a fluxu seminis liberaſti, qui mortuos suscitasti, & super aquas
 maris ambulasti; exaudi me Domine, & miserere mei, & da mihi por
 tionem salutis æternæ, vt cognoscant omnes gentes, quia tu es Deus
 benedictus vnã cum Patre tuo, & Spiritu sancto, trinus & vnus per
 omnia sæcula sæculorum Amen.

Tunc facta est vox ad eum de cœlo dicens: **THEONESTE** noli time
 re, quia exaudita est oratio tua, & restaurata est nauicula tua, sicut pri
 us. Quia in omnibus **MICHAEL** auxiliabitur tibi; & ipse ductor tuus erit.
 Perge ergo quocunq; via te deduxerit, quia Dominus tibi miseretur.
 At ille ad litus perueniens, inſidias infidelium deuitans, per medias Gal
 lias remeans, ad mare vsq; peruenit, vbi verbũ Dei prædicans atq; ad
 feminans; multa per illum Dominus magna operari dignatus est.
 Iterumq; nauim ascendens, **SICILIAM**q; veniens innumerabilem pop
 ulorum turbas per suam doctrinam Domino acquisiuit. atque **VENTU
 RIAM** veniens, & verbum veritatis annuntians, vsq; in **ALTINUM** ve
 nit. Cumq; ibi prædicare cepisset, tunc turba plurima infidelium cir
 cumdederunt eum, cum præfatis alumnis suis. egredientesq; ciuitatis
 iterum turba populorum eos persecuta vsq; ad portem marmoream,
 qui est super **RENVM** fluuium Silea, ibidemq; martyrio coronati. ita vt
TABRA in capite pontis decollatus sit, & **THEONESTVS** in medio pon
 te, & **TABRATA** ex alia parte pontis, ita duntaxat, vt omnes pariter de
 collati sint. Et beatus **THEONESTVS** caput suum propriis manibus de
 tulit vsque ad locum, vbi corpus eius postea à religiosis viris vnã cum
 capite humatum est. Vbi & corpora discipulorum eius **TABRA** & **Ta
 BRATA** simul cum eo requieuerunt in pace. Ad quorum tumulum
 per intercessionem ipsorum, multa & innumerabilia omnipotens Deus
 operatur miracula; præstante Domino nostro Iesv Christo, qui cum
 Patre & Spiritu sancto viuit & regnat Deus per omnia immortalia
 sæcula sæculorum, Amen. Acta sunt autem hæc sub die decima
 Kalendarum Nouembrium in Altino ciuitate, sub
 Theodosio Imperatore Augusto.

FINIS.

VITA